

spatio, non sine feria, sed verbal tantum matrimonii promissionis. Nihil ex eo commercio prolix extitit; nihilque, quod puella, aut familia nomen inebatur. Confanguinei, quibus de hac omni re nihil creditur suboluisse, eum intermurgent, ut matrimonium concludat ejus pura, putaque frequentatione permoti; ille vero sibi cavet, ac diffidit variis de causis, tum que familiarum, tum que res proprias respiciunt; non desistit tamen a suscepto consilio, ac puellae promissa iteravit, quotiescumque, remotis arbitris, eam videre, atque aliqui potuit. Post annos aliquot se subduxit a familia, qua sollicitationes instauravit, ut eam ad puellam duccedant, conficiendumque negotium impelleret. Petrus, qui eam ex animo magni facit, ac vehementer amat, & ab ea vicissim se magnopere amari experientia edoctus intelligit, cepit ei se gratum prestare, maxime licet ab eo matrimonio propria eum negotia absterreant.

Rationes, quibus excusari videtur, præter eas, quas Doctores supplere poterunt, sunt I. quia, tametsi non gravis exterequino sit inaequalitas utriusque familie, puella tamen familie notam inuilit patris decoctio. II. quia nunc temporis nihil boni puella est, quod dotis titulo afferre possit, quamvis ei pars suppetat materni boni, admodum tenuis, si cum Petri bonis, impolteram firmis, & que ei deesse non possunt, conferatur. III. quia cognovit ex puella ipsa, eam tresdecim annos natam a confanguineo admodum proximo ad turpia sollicitam fuisse, atque adeo complures tactus ei permittisse, ipsamque non sine ejus consensu semel ea frui conatum esse, nec tamen rem facere potuisse, obstante acerbioere ætate puellae, quod malum, quod paratrat, non satis intelligebat; has porro incestuosas licentias ex parte non negavit illa coram matre, atque ex quidem eodem tempore in aliquot aliorum familia necessariorum notitiam venerat.

Addit & illud Petrus in sui gratiam, sibi quamvis majori, tamen esse patrem, ac matrem; qui suo ipsius subdito opus habent, ac per hoc matrimonium eo privarentur, seque probe nosse fore, ut honesta, & qua est, familia nunquam assentiatur, sed potius quam maxime relactetur. Eff vero proximum, tristibus eventis & calamitatibus puella familia imminutibus, futurum, ut ipse ei se conjungens non possit, quin uniuersum onus subeat, & ad ejus levamen ac sustentationem gravibus dispendiis nunquam compensandis obnoxius sit. Horum autem pleraque, ad puellam, ejusque familiarum spectantia innotere Petro commercii ac promissionis verbalis tempore. Se denique valetudinarium esse, adeoque ejusmodi curis ac matrimonio minus idoneum. Non est omitendum in puella, qua humana, de quibus in expositione, passa est, esse multa, quae valde laudentur, iis ipsis fatentibus, qui nullo partium studio ducuntur.

Quamobrem quaeritur, an Petrus tuta conscientia possit ab hoc matrimonio abstinere, vel ad aliquamque compensationem puellae reddendam obligetur, ac praesertim quatenus deberet eidem consulere, si forte cum ea matrimonium contrahere non teneretur.

RESPONSIO.

Consilium Conscientiae subscriptum censet Petrum id, quod puella, de qua in libello supplex dictum est, promittit, prestare debere, cum ea promissio, & quidem plures iterata profus in causa fuerit, ut illa pergeret ei se dedere. Et sane Petrus puella in iuriam inierat, si, postquam ei bona fide de promissa, eademque abusus est, nihil aliud sibi præstandum putaret, quam ut eidem prodesset.

In ea facti specie non versamur, in qua puella, qua matrimonii promissione violata est, dote tradita, injuria eidem illata satis reparata censetur. Cum sane adolescentis conditio puellae conditionem longe multumque superat, aut cum grave, illudque hanc prosumt detrimentum imminet adolescenti, si obstrictam matrimonii fidem praestet; in utraque facti specie non tenetur ille stricto jure promissis stare, debetque, ut a promissis excusatur, postulare, ac deinde puella pro viribus, ac pro ejusdem indigentia prospicere. Ita Cardinalis Toletus, ac praesertim Sanctus Antoninus, cuius haec verba sunt: (a) Si promissit eam ducere in uxorem, ut ab ea extorqueret cognationem, servet promissum. Deinde subdit exceptiones duas: Ex hoc, nisi nimis distans esset eorum conditio, puta mulier plebeja, vir nobilis, & potest; non enim mulier presumitur fraudem ignorasse; vel etiam si magnum aliquod scandalum inde creditur proveniturum, & hinc peccat remissionem promissi; & aliter satisfaciatur secundum suam facultatem, & mulieris indigentiam. Navarus, & nonnulli alii Theologi ejusdem sententiae sunt (b).

Porro in casu, de quo agitur, non ita gravis est inaequalitas conditionis: si puella non tantum, quantum Petrus in bonis habet, iis tamen peculiaribus dotibus insignita est, qua

(a) Tolet. lib. 5. c. 11. n. 2. S. Antonin. 2. par. tit. 5. cap. 7. §. 1. (b) Navar. in Manuel. cap. 16. n. 18.

Petri, fatente ipso, estimatione, atque amore digna sunt; praeterea nihil incommodi ex eo matrimonio timeri potest, quod vel omnino evitari, vel saltem imminui non possit. Infirmitati vero, cui se Petrus obnoxium dicit, facile remedium adhiberi potest, si matrimonio cum modo uti velit.

Obijciuntur duo; I. Si Petrus puellam duxerit, fore, ut patrem ac matrem subsidio privet, quod indignum; II. Eosdem Petri parentes nunquam in matrimonium hoc consenturos esse. Quibus respondetur,

I. Subsidium patri ac matri præstandum ejusmodi non apparere, ut necesse proinde sit Petrum id non prestare, quod quia puella promissit, eadem abusus est. Praeterea non deerant fortasse rationes, quibus patri ac matri necessaria Petrus exhibeat.

II. Ad familie oblationem quod attinet, Petrus matrimonium, de quo agitur, ad tempus differre potest, ut interim qua propriis officiis, qua amicorum gratia, qua gravium denique Virorum auctoritate confanguineorum consensum obtineat. Ut ut casura res sit, ac Petrus ætate est, ut confanguineis assentiri nolentibus, a proposito absterri non debeat, servatis in antecessum formatis iis, quæ in hujusmodi negotiis uti esse consueverunt.

Sane triste quid accidit puellae, cum junior esset, confanguineo ea abuti volente. Sed ne id quidem Petrum eximit a matrimonio. Sanchez, Bassaus, (c) alique propagant Adolescentem non teneri fidem puellae, qua abusus est, obstrictam prestare, cum virgo haberi voluit, postea vero innovuit eam corruptam fuisse; porro ea, de qua quaeritur, non fuit desolata. Petrus praeterea de eo eventu cognovit, atque eorum plerique, qui ad familiam, quo tempore puella promissit, eaque abusus est, accesserunt. Se ille obstrictam lubens ac volens, & quin suspicio esse possit eundem seductum esse. Ætatem habebat, ut proinde quid ageret, cum promissit, cognoscere potest, quomam trigessimum annum attigerat. Egregia animi dotis, quas Petrus in puella detexit, quibusque re ipsa prædita est, ad fabeandam obligationem eum impulerunt. Hac de causa eam sibi conjungem petiit, & ut matrimonii obligationem magis ineluctabilem redderet, ejus animum sollicitavit, eaque potius est. Quamobrem debet, quamprimum poterit, promissa facere.

Decisum in Sorbona hac die 20. Decembris an. 1694.

G. Fromageau.

CASUS LVI.

Matrimonii promissio de praesenti, non de futuro.

1 Verba, qua ad matrimonii fidem mutuo exhibendam usurpantur, sunt promissio de praesenti, ac veri nominis matrimonium constitutum, quod redintegrari non debet. 2 Valeat matrimonium adolescentis in puella, qui sibi mutuum matrimonii fidem coram Parocho, ac testibus in Ecclesia deducunt.

QUÆSITUM.

Titus & Bertha, uterque liber, ultro, mutuoque consensu sibi conjugalem fidem obstringant, & in legitimum matrimonium consentiant hac ipsa die, & quidem coram proprio Parocho, ac testibus, ut ex Acta, quem subdiximus, apparet.

Nos Titius ac Bertha, ambo liberi, sponte, mutuoque consensu promittimus coram D. N. . . nostro Parocho, ac testibus praesentibus subscriptis nos legitimum matrimonium iniuros, ex hac ipsa die, & ad promissionem nostram firmiorem reddendam nobis mutuo fidem dedimus in Ecclesia coram ipsis, pronunciantes verba, quae sequuntur. Ego Titius promitto, ac juro Bertha hic praesenti me eam verè ac legitime conjugis loco habiturum, promittens, ac jurans me aliam nunquam ducaturum; & ego Bertha promitto, ac juro Titio hic praesenti me ex hac ipsa die veri ac legitimi sponsi loco habituram, promittens, ac jurans me alium nunquam ducaturum. In casu fidem nos praesentem promissionem ambo suscipimus, & a nostro Parocho hic praesenti, ac testibus pariter praesentibus subfcriptis curavimus. Editum Avenione hac die 2. Junii an. 1695.

Post mentes decem iis ortus est filius, qui ab eodem Parocho baptizatus, & ipsis instantibus in codice Aegorum baptisimatum relatus est: conque fidem conjugati deinde perficerent una vivere, in eadem Avenionis Urbe tanquam matrimonio juncti publice habiti sunt. Itaque quaeritur,

I. An ea promissio fit de praesenti juxta cap. Ex parte de sponsal. an vero sit tantum promissio de futuro ex cap. Si in ser virum.

II. An

(c) Sanchez de Matrim. lib. 1. disp. 10. n. 11. Bassaus v. Sponsalia 2. n. 4.

CASUS LVII.

Viri potestas ratione conjugis.

1 Virum in aliam Provinciam habitandi gratia proficiscentem conjug sequi debet, nec animo oblectari potest. 2 Non potest illa proprio viro, si quidem prodigus non sit, desit, & omnino, qua matrimonii titulo aruit, bonorum fructuum denegare.

QUÆSITUM.

Duxit quis conjugem adeo ludo deditam, ut ejus domus sit aleatorum; locus ibi est omni ludorum generi, solemnioribus quoque diebus festis; comeduntur carnes jejuni tempore. Vir quidem nullam non movit lapidem, ut uxorem revocaret in viam; sed latere latuit, quod ajunt. Quamobrem quaeritur,

I. An ille ejusmodi ludo, & hanc a rebo tramite conjugis aberrationem tuta conscientia pati possit?

II. An eidem ad Praesertim proficenti ea se comitem addere debeat?

III. Quid agendum viro, si illa obsequi, ac subsequi nolit?

IV. An eadem conjugem dorem, & quicquid attulit matrimonii titulo, viro tradere teneatur? Ait illa, si is fructus iis bonis, fore, ut nil sibi tribuat, ac proinde ludo vacare nequeat, cum sibi tamen ludendi libertatem promiserit, dam matrimonium inierunt.

RESPONSIO.

Consilium Conscientiae subscriptum censet ex eo, quod vir sit caput mulieris, ut docet Apostolus in 1. ad Corinth. c. 11. & in Epistola ad Ephes. c. 5. necessaria consecutio fieri, ut ipse eam moderari, & illa quoque eum sequi debeat, ubicumque locorum est, vel in habitacionis sede, vel ubi suum domicilium constituit. Hec communis sententia est, cui Jus quoque concinit, statuent, ut mulier virum sequatur. (b) Praeterea quoniam penes maritum est propria conjugis moderamen, penes eum quoque est ejus puniendi facultas, cum gravis causa suppetit, & cum illa ei momenti auscultare, atque obsequi renuit. (c) S. Thomas, & S. Antoninus afferunt virum quoad uxorem hac auctoritate pollere; adduntque eum quoque posse ad tempus ab ea recedere in penam, si quidem id ad ejus emendationem conferre possit. Sylvestri ita statuit: Quando conjux per suam peccatum eff scandalum, dimitti potest quoad cohabitationem corporalem, quousque corrigatur. Hoc posito, respondetur,

Ad questionem primam; virum, de quo sermo est, pati non debere, conjugem suam ita, ut expulsum est, se gerere, hoc est cum vero gravique scandalo; atque adeo nihil non agere debere, ut eandem ad bonam frugem pertrahat.

Ad secundam; oportere, ut vir, si id expedire judicaverit, curet, ut illa aliam vitæ rationem inseat, ac si in ordinem redire nolit, eam ad tempus dimittat, tum quo ipsam puniat, tum quo palam faciat se scandalum, quod illa nequit vivere, ac prave se gerens affect, sua quidem convivenia non suffragari.

Ad tertiam; sponsam, de qua quaeritur, statim atque habitacionis locum a viro mutatam noverit, ei se comitem addere debere, nullamque excusationem praetexere posse, praesertim cum vir id se cupere, eidem significaverit, in praesenti quidem facti specie dicta conjux nullam legitimum causam, quominus virum sequatur, afferre potest. Frustra nimirum sui excusationem adducit ei se nupsisse, quod sibi promiserit fore, ut semper in ea vite ratione, quam servabat, quo tempore matrimonium initum est, persistere possit; ut enim id ita esset, quod tamen non est, vir tuta conscientia promissis stare non possit; quandoquidem cum promissio culpa non vacaverit, longe gravior peccatum esset promissionis executio.

Quod si mulier, etiam postquam a viro monita, ac vel a Parocho, vel ab Episcopo, vel ab aliis gravibus viris rogata fuerit, ad ipsum restitueret se contorere; & ibi ubi est, omnino consistere vellet, ut ludo vacaret, & vitæ, quam gravi cum scandalo ibidem ducit; viro suo esset ad Judicem consurgendi, obtinendique, ut in bene moratum Communiatem conjiceretur, tum ut a pravis occasione abduceretur, tum ut mutanda vitæ, scilicet melius gerendi ratione edificeret. Ad quartam, eandem mulierem ob eas, quas adducit, causas dorem, quam contracti matrimonii vi attulit, viro denegare non possit; secus autem se res haberet, si ille prodigus esset; id, quod non innuitur in proposita facti specie.

Decisum Parisiis hac die . . . an. 1700. G. Fromageau. C A.

II. An si promissio fit de praesenti, ut creditur ob rationes, quae afferuntur, quoque apud Sanchez occurrunt, matrimonium validum sit? Praesertim cum Avenione quidem nuptiarum iudicio ad matrimonii validitatem necessaria non sit. Et hoc in casu quaeritur, an Avenionis Ordinarius possit tuta conscientia iis permittere, ut novum matrimonium contrahant, & consilium de matrimonii contrahendo ipsis expediendam mandare, praetextu praedicti, quod prius matrimonium quoad effectus civiles in bonis, quæ in Gallia possident, iidem afferre possit?

RESPONSIO.

Consilium Conscientiae subscriptum censet Titium inter ac Bertham veri nominis matrimonium exillere, ita ut verborum, quibus ad mutuum matrimonii fidem uti sunt, notio legitime referri nequeat ad simplicem promissionem matrimonii imposterum contrahendi. Quamvis enim proposita verba (promittens, ac jurans nunquam fore, ut alteri nubam) significent, ut videtur, consensum, qui effectum suum impollentem sit habiturus; tamen haec alia verba (promitto, ac juro Bertha me ex hac die eam pro vera ac legitima conjugis habituram esse) determinat priora ad tempus praesens, & quod inde consequitur, ad veri nominis matrimonium contractam de praesenti.

Canonista in Caput ex parte, de sponsalibus sibi fingunt facti speciem ei geminam, de qua agitur, & prout a nobis explicatur, eandem desinunt. Videri possunt Barbosa, Joannes Andreas in hoc caput, (a) Pyrrhingus in quartum librum Decretalium; quorum postremus declarat, quondam et quomodo viri ac mulieris mutuum sibi fidem exhibentium verba sicut accipiendi de matrimonio praesenti, vel solum de matrimonio futuro, simpliciterque sponsalibus.

Ad factum praesens quod attinet, citu dignum est, quem admodum hic Auctor loquatur: Notandum 1. si vir, & mulier juraverunt, vel etiam sine juramento promiserunt per verba imperpetua executionem, seu sonant de futuro, sed significant consensum de praesenti se invicem pro conjugibus habituros, vel mutuum fidem conjugalem servaturos; hinc inter eos censetur matrimonium contractum, ut si dicit, Ex nunc, vel ab hoc tempore, vel deinceps, habeo te pro uxore, vel tractabo te semper in uxorem, quia verba haec, etsi sine futuro tempore quoad sonum, tamen re ipsa important consensum de praesenti; si enim quis promittat, quod ex nunc & deinceps semper hanc feminam habebit pro uxore, seu tractabit in uxorem; ergo modo est uxori ipsius. Citat deinde Caput ex parte de sponsalibus in sua sententia confirmationem. Decisio hac videtur esse casus propositi de initio.

Praeterea si Titius ac Bertha mutuum sibi fidem dantium praestiterint intentio, prout quidem expolita est; ac si id quoque praestiterit, quod Parochus eos conjungens de mutua hac de sententia, ac concludendum est Titium ac Bertham non in sponsalia solummodo, sed in veri nominis matrimonium de praesenti consensisse. Sane Titius ac Bertha, conjugali fide coram Parocho ac testibus in Ecclesia facie sibi vicissim exhibita, nihil impediendo in effectum, quominus tanquam vir & uxor una verarentur. Parochus, qui eos copulavit, & qui ceterorum eorum animum, dum se mutua fide obstringerunt, probe nosse poterat, cum proprio ipsorum Parocho esset, puerum ex ejusmodi consorcio genitum in suo Baptisimatum Codice legitimum declaravit. Non apparet igitur, quo jure credi possit verum proproque dictum matrimonium in proposita facti specie non extitisse.

Ad extremum ut adhuc in hujus conjugalis fidei sensu dubitationis aliquid superesset, judicandum tamen esset pro matrimonio, quod contractum est; cui id favorable sit. Ita sentiant Joannes Andreas, & Anchorens in Caput Juris Ex parte supra laudatum; nam, inquit, in talibus, & similibus dubiis pro matrimonio judicamus. Quae quidem regula eo magis ad rem, quae pra manibus est, accommodanda videtur, quod Titius & Bertha non censetur in hac facti specie mala fide agere voluisse.

Ex haecenus dictis sequitur nihil esse, quamobrem illi novo matrimonio jungatur, iisque mandetur expediendam ab Avenionensi Ordinario Commissio de contrahendo matrimonio, siquidem ex Jure, & Canoniarum sententia, quemadmodum probatum est, matrimonium, de quo quaeritur, validum est; postea id unum in hoc matrimonio improbari, quod nempe nuptiarum indictione carerit; verum super hoc defectu ea mens est Tridentinae Synodi, ut ille illicitum quidem reddat matrimonium, non autem invalidum.

Decisum in Sorbona hac die 1. Octobris an. 1700.

G. Fromageau.

(a) Pyrrhing. In 4. Decret. tit. 1. sect. 3. §. 3. n. 87. (b) 13. q. 2. c. unaquaque.

(c) S. Thom. in 4. dist. 20. q. unico. art. 6. in fine corp. S. Antonin. 3. p. tit. 1. cap. 21. §. 4. Sylvestri v. matrim. q. 12.

CASUS LVIII.

Adolescens eam in uxorem ducere coactus, qua abusus est.

- 1. Matrimonium, ad quod Senatus aditit adolescentem sub merito pena, nullum est, quomodo quoad formam, & agendi rationem edita sententia iusta sit.
2. Possit ille aliam ducere in extranea regione, ubi de ipsius priore matrimonio profecti ignoraretur.
3. Ex his que apparent, non immerito Ecclesia in adolescentem agere possit, ut eam maritali ratione cum priore, quam duxit, uxore coacti cogeret.

QUÆSITUM.

Agitur de adolescente, qui post menses non paucos, etiam quidem, & sine publico scandalo cum puella rem habet. Extitit & matrimonii promissio, ea conditione, ut illa fidem farvaret, alique nemini sese dederet. Sed eo commercio soluto, Puella deinde, cum ventrem gereret, decimo octavo post solummodo commercium mense geminos filios in lacem dedit: ut tamen adolescentem accusaret, enuntians pueros esse eo esse; cum vocavit in jus, & post multas actiones obtinuit, ut ad se ducendam sub mortis pena damnaretur factus Rescripto, quomvis ille se ejus quidem culpam puram esse maxime testaretur. Itaque ut motum effugeret, ad Ecclesiam demum profectus eam servato juris ordine duxit in conjugem, & inde egressus ipsam deservit, nec amplius deinceps vidit.

Puella ipsa fatente firmum stat geminos filios ex eo adolescente susceptos non esse; id illa declaravit Confessario, & quicquid supra dictum est, coram aliis confirmavit, inquitens ejus absentiam, ex quo conceperat, in causa fuisse, ut tunc de firma gratia filios ad priorem supponeret, tum quia ille sibi conjugalem fidem obtinuerat, tum ut se derelictam, id, quod fuit ipsius licentia causa inerat, nesciretur.

Hoc posito, queritur I. in graviam adolescentis, an ejus matrimonium, cum coactum, & vi extortum fuerit, validum sit? Et facta hypothesi non valere, an ille in exteras regiones abiens tunc conscientia notam matrimonium contrahere possit, ita tamen, ut nihil inde scandali existat?

II. Constante matrimonii validitate, adolescentis, cui puella infidelitatis certe probationes suppetant, teneturne in foro conscientie ei se conjugere?

III. Si cohabitans non tenetur, debetne obstrictam fidem, ac rem, quam cum ea se primum habuisse videtur, pecunia, vel aliter compenlare?

IV. Superioribus Ecclesiasticis excommunicationem, & Sacramentorum privationem, ni degat cum conjugate, militantiibus: aline, cur adolescentis inde pertimescat, & ea quidem excommunicatio facine firmo fundamentum niteretur?

V. Quomodo quoad hunc adolescentem se gerere debet Confessarius? Ac Superioribus Ecclesiasticis non ulterius in eum progredientibus, potestne eundem abolvere, & ad Communionem recipere? Atque ita quidem, ad adolescentem quod attinet.

Quod autem ad puellam singillatim spectat: facta hypothesi ejus matrimonium invalidum esse, cum ipsa in causa fuerit, ut adolescentis gravibus impensis obnoxius esset, nec amplius in patria matrimonium inire possit ob geminos filios sibi suppositos, quomodo se cum illo gerere debet?

I. Teneturne in foro conscientie, quocumque tandem ei dampnum imminet, Judici declarare accusationem falsam fuisse, & quamvis antea cum eo rem haberit, re tam vera geminos filios nec ex eo esse, nec vero esse posse?

II. Ni ita declarare tenetur, debet necne saltem separationi quod thorum, ac bona cum viro supposito consentire, ut a Superiorum Ecclesiasticorum minis eam tueatur?

III. Debetne illa pecuniariam aliquam reparationem facere ob diuturnam in carcerem adolescentis inclusionem, & ob impensas?

IV. Quid consilii Confessarius inire debet, ut puellam hanc in salutis viam revocet?

Animadversione dignum est, ambos, utroque in seio, ad eundem Confessarium accessisse, & has quidem questiones omnes ex ipsorum ore proponi.

RESPONSIO.

Consilium Conscientie subscriptum, quod expositam facti speciem, & adjectas questiones vidit, existimat:

Quoad questionem primam, matrimonium, quod inter adolescentem, ac puellam contigit, nullum esse ob eam causam,

(A) S. Thom. in 4. dist. 9. quæst. unica. art. 3. quæst. 1. in corp. Sanctus Bonavent. quæst. 1. num. 5. Scotus quæst. unic. §. hic dicitur. Durandus quæst. 2. num. 7. Richard. art. 1. quæst. 1.

quod licet vi Rescripti, ejus sententia quoad formam, & agendi rationem iusta fuit, inquit fuit, cum tamen factum, de quo agitur, veritati non congruat, & Judices te ipsa decepti sint, vere dici potest Dei iudicio hoc idem Rescriptum a iustitia alienum esse, quia Deus ex veritate iudicat, non autem, ut homines, ex presumptione. Puella porro nihil juris adeptam esse ex eo iudicio, ejus fundamentum falsitas est, quod Judicibus palliata, & tamquam veritas ex presumptionibus proposita fuit. Adolescentem, quicquid egit in hoc negotio, non egisse nisi metu mortis, ad quam damnatus erat, & quam subisset, ni Rescripto paruisset, & cum timor hic satis gravis sit, ut constantis hominis animum proferre possit, desinit proinde consensus ad matrimonium contrahendum necessarius.

Hec Theologorum doctrina est, ut Sancti Thomæ, (A) Sancti Bonaventuræ, Scoti, Durandi, Richardi, Paludani, Navarri, Tabienæ; quorum postremus: Respondet, inquit, secundum D. Thomam, quod vinculum matrimonii perpetuum est: unde illud, quod perpetuitati repugnat, tollit matrimonium; motus autem, qui cadit in constantem virum, perpetuitatem tollit, quia possit repeti in integrum; talis ergo coactio, que est metu cadens in constantem virum, tollit matrimonium, & non alia. Eadem omnium quoque Canonistarum sententia est in titulum: De his, que vi, metusque causa sunt, cap. Abbas, cum dilectus. Et in hac sententia, que semper in Ecclesia tamquam regula habita est, Alexander III. in cap. Abbas laudato pronuntiat: Unde quia que metu, & vi sunt, de jure debent in irritum revocari. Et in titulo De sponsalibus cap. cum locum, leguntur hæc: Cum locum non habeat consensus, ubi metus, vel coactio intercedit, necesse est, ut ubi assensus cuiusque requiritur, coactionis materia repellatur, matrimonium autem solum consensus contrahitur; & ubi de ipso queritur, plena debet securitate gaudere, cujus est animus indagandus, ne per timorem dicit sibi placere, quod edit, & sequitur exitus, qui de iustis modis solum procedit. Idem Pontifex hanc doctrinam confirmat in cap. Veniens, quod eundem titulum proxime sequitur, & cap. Sigisfronis, Tit. de eo, qui ducit in matrimonium, quam poluit per adulterium.

Facta igitur hypothesi adolescentem non nisi coactum egisse, & proprie dictum consensus non præbuisse; consequens sit matrimonium, quod ipse deinde juxta Ecclesie Regulas cum alia contraheret, validum fore; quia coram Deo ligatus non est, eumque non peccaturum, si id inde scandalum facere possit, ita scilicet, ut ibi, ubi contraheret, nec suppositum matrimonium jam contractum, nec Rescriptum, quod ad illud adactum est, innotesceret; & quodquidem si hæc in apertum proferretur, conjugatus haberetur, & quam ibidem duxisset, mulier ejus uxori haberi non posset, adeoque obnoxius fieret penam in eos per Leges indictis, qui, prore vivente conjugate, alteram duxerint.

Atque hoc quidem responso satis est factum quæstioni secundo loco propositæ.

Quoad tertiam, respondetur, cum puella fidelis non fuerit adolescenti, promissa profectus omnia ab ea conditione pendente soluta esse.

Quoad quartam; Ecclesiam jure posse ex his, qua apparent, in adolescentem agere, ut cum puella, quam secundum consuetas formas duxit, eum conjugali ratione vivere cogat, cum nihil externum, quo non damnetur, occurrat: verum re quidem ipsa, cum matrimonium non abist, censuras in eundem latas coram Deo ejusmodi non fore, utpote in hominem latas, qui reus non esset.

Quoad quintam, si Ecclesia in adolescentem non agat, quoniam ille innocens est coram Deo, nihil proinde impedire, quominus Confessarius cum eo perinde se gerat, ac cum quovis alio fideli se gereret, eumque admittat ad Sacramenta presentibus dispositionibus, ut ipsi videbitur.

Quod attinet ad puellam: Respondetur necesse esse nihil eorum ab ea præmitti, que necessaria judicabuntur, ut injustitiam reparet, quam attulit adolescenti, atque impediat, ne filii, quos ex alio suscepit, eidem adjudicentur. In eum finem consulendi sunt Advocati, ex quibus ipsa, qua id ratione assaqui possit, intelligat, id quod apparet factum diffusilimum propter infantes, quibus ex edito Rescripto titulus advenit, nec leviter dabitur, an futurum sit, ut puella tribuatur facultas negotium apud Judicem declarandi; atque an ipsa impedire possit, ne infantes utantur jure, quod contradictorii Rescripti vi sunt consecuti. Nunquam femina dicere potest adolescentem geminorum fratrum patrem esse; immo vero debet suos monere eum talem non esse nec in ipsum, ut ad Rescripti executionem adigatur, agi posse, ne scilicet, si ea forte moreretur, ejus condanguine in tentata actione persisterent. Non eadem nimium hujus mulieris ratio est atque ejus, que constante matrimonio filios ex alio viro suscipit.

Si nulla occurrat ratio impediendi, quominus Rescriptum in

Paludanus quæst. 1. art. 3. Conclus. 1. num. 17. Navarr. Manual. c. 25. Tabiena v. impedimentum. Impedim. 9. num. 3.

in puerorum favorem effectum suum fortiat, semper tamen puella, quantum in ipsa est, adolescentis innocentiam profiteri, ac predicare debet; adeoque si imitante Promotore adolescentis impetretur, ut cum puella degere cogere, debet ipsa nisi pro viribus, ut eas actiones reprimeret. Haud censetur puella in his, que ederet, Actis adolescentis sponfam se dicere posse, cum monita sit te talem non esse; quemadmodum & adolescentis ejus se virum nominare nequit, quin mantiat, & rem veritatis non consentaneam confirmet; nisi ille quidem ejus pro conjugem habende consilium inest, & ambo sibi mutuo conjugalem fidem obstringant in actu maritali, edita in foro externo declaratione rectam fuisse Rescripti tenentiam.

Hoc tamen remedium usui esse non possit, si possit iniri matrimonium in foro externo, & in facie Ecclesie, qui quidem eos non recipiet, qui ad ipsam jam accessissent; quæ externa specie contraxissent matrimonium, in quo nullum apparet impedimentum, vel nisi prius illud matrimonium nullum a Judice declaratum esset, & partibus alterius inveniendi matrimonii facultas concessa. Verumtamen quod proponitur, consilium adhibendum esse non videretur, nisi ea venia a Romane Curie Pœnitentiaria peteretur, quamvis, docente (A) Navaro, idipsum Pii V. auctoritate firmare possit; cum enim Pape desilio non sit in eadem facti specie, satis proinde fore concurri summi Pontificis auctoritatem, judicantis rationem decisionis ab uno e fidei Decessoribus edita vi proflus eadem polere in negotio, quod est in manibus. At si adolescentis susciperet consilium hoc, ad quod coram Deo omnino non obligatur, geminorum fratrum, quorum pater non est, supposito juri novum robur adderet; id, quod novam perturbationem afferret.

Addit puellam, regulariter loquendo, omnibus impensis, ac damnis, que adolescenti injusta vexatione intulit, obnoxiam esse. Si tamen adolescentis non nisi vi promissionis in antecessum obstricta puella potius esset; quamvis illa propter violatam fidem juxta assertis promissionis executionem petendi, videretur adolescentis, quippe qui occasione præbuit ejus inchoata licentia, & deinceps propagata, quod matrimonium distulisset, ad aliquam pecuniariam restitutionem erga eam obligari juxta sapientum, ac prudentium Virorum judicium, cuiusmodi esset summa, que ad puellam deinde proxime accederet. Verum si tum solum promississet, cum eam derelisset, & postquam ab inhonesto commercio cessavit: longe minor esse deberet restitutio, & quantum Judices præscripsissent, si de re tamquam ita se habente cognovissent. Atque ita quidem statui possit inter utrumque compenlatio, prout statuendam esse judicatur.

Decisum in Sorbona hac die 8. Decembris an. 1637. Aug. de Lamer.

CASUS LIX.

Matrimonium hominis duas uxores ducentis.

- 1. Patru vidua in uxorem duci non potest.
2. Cum prius hoc matrimonium nullum sit, alia deinde duci potest, & ex posteriore matrimonio nati filii dubio procul legitimi sunt.

QUÆSITUM.

Gherardus de Val nobili quidem genere, sed nullo insigni titulo vel Comitibus, vel Baronibus oratus, cum in Lotharingum an. 1634. profectus esset, ibi sibi conjugem petivit viduam Patru sui Domini de Val Legionis Ducis, cui filius superstes erat; eamque duxit presente quidem Sacerdote, non autem Parocho, ut statuit Tridentina Synodus. Illi una verati sunt mariti, & uxoris more ab an. 1634. ad Januarium an. 1660. neque alia eis proles extitit præter puellam, qua adhuc in vivis est. Gherardus hoc ipso Januarii mense in Angliam se contulit, & ad suppositam conjugem Londino delit non semel litteras, per quam suavissima, atque ardentissima amoris plenas, eam suam dilectam conjugem nuncupans, sibi que viri titulum tribuens. Sed biennio post, an. nempe 1662. idem Gherardus in facie Ecclesie duxit Elisabeth. cum qua vixit, tamquam cum conjugate, ex eaque duos filios suscepit, quorum natu major ejus heres deinde fuit, quem quidem pater postea in matrimonium collocavit.

Matrona de Val Gherardi sponsa prior anno trigesimo post suppositi viri absentiam Hiberniam petiit, eum ibi adhuc vivere non ignorans, ac spe, fore ut vi dispensationis, quam obtinuerat, matrimonii sui validitatem probaret; quam

(A) Navar. Consil. lib. 4. de sponsal. consil. 14. n. 15.

vis, ut ipsa fatetur, post impetratam dispensationem ne dum cum Gherardo verata fuerit, sed eum ne viderit quidem: nulloque argumento possit ostendere Gherardum dispensationis ejus participem, atque adeo conscium fuisse, quoniam quatuor tantum mensibus post Gherardi in Angliam secessum de ea petenda, & obtinenda cogitavit. In hac facti specie queritur ex Sorbone Doctoribus.

I. An matrimonium, de quo sermo est, seorsim a quolibet dispensatione, nullamne sit, & invalidum, utpote Parocho non peractum, prout mandat Tridentina Synodus, que in Provincia, ubi celebratum est, recepta est, & Legis vim habet, ut dispensationem legenti comperitur sit. Constat enim hanc Synodum rotundis verbis declarare, matrimonia, quæcumque coram Parocho, vel alio Sacerdote de ejus licentia celebrata non fuerint, nulla fore, nec tamquam legitima tum de jure tum de facto spectari posse.

II. An ea dispensatio, qualis est, firma sit & valida, circumstantiarum ratione habita, & an dictam matrimonium validam ac legitimam reddere possit?

III. Facta hypothesi dispensationem sufficere, postquam impetrata est, debetne matrimonium redintegari, & solemniter in facie Ecclesie celebrari, præsertim cum appareat matrimonium prius ratum non esse, utpote coram Parocho non celebratum?

RESPONSIO.

Sorbone Doctores subscripti censent matrimonium Gherardi de Val cum Patru vidua nullum & invalidum esse, duplici ex capite; primo quidem quia aderat impedimentum affinitatis in secundo gradu, cujus nulla dispensatio impetrata fuerat; deinde vero quia matrimonium celebratum non fuit coram Parocho, juxta Decretum Tridentina Synodi sess. 24. cui Constitutio Blesensis consonat.

Ad hæc ejusmodi matrimonium haud firmius evasit, quamvis ab Episcopo Tullenti, qui gradus affinitatis mentionem fecit, mulier dispensationem obtinuerit, & quamvis ostendi possit Episcopum ejus dispensationis concedende potestatem pollere, propterea quod in eo quidem a dispensationis tempore nihil accidit mutationis; contrahentes post dispensationem ad Parochum, aliumve Presbyterum, quem ille, vel Ordinarius delegasset, non accesserunt; & Contractus in facie Ecclesie renovatus omnino non est; id quod adeo necessarium est, ut ne ipse quidem summas Pontificis matrimonii Contractum ob aliquod dirimens impedimentum ab origine nullum possit validum reddere, cum novus Contractus non sequitur juxta Ecclesie regulas, & formam, quam ipsa præscribit.

Tertio loco Gherardus cum ea vidua matrimonii vinculo non obstrictus, quoniam eorum nullum est matrimonium, omnino liber erat, cum in Angliam profectus esset, cum Patru viduam, cui secundo affinitatis gradu, id quod dirimens impedimentum est, conjunctus erat, in uxorem ducere non poterit.

Quarto Elisabeth ipse valide in Anglia ducere potuit, & inde nati filii sunt maxime legitimi, dummodo nullum aliud impedimentum extiterit; ut proinde patru vidua nullum jus habeat Gherardum tamquam proprium virum sibi vindicandi, sive Londino datas litteras proferat, sive longum temporis spatium adleget, quo una verati sunt. Gherardus tamen gravissime peccavit, tam indigna ratione, matrimonii specie patru viduam decipiens, ac tenetur filie ex ea susceptæ curam suscipere, & in ejus educationem, & collocationem, ut decet, incumbere.

Decisum Parisiis hac die 26. Januarii an. 1690. G. Fromageau.

CASUS LX.

Separatio Matrimonii propter Polygamiam.

- 1. Famina non ignorans virum suum cum alia matrimonio inisse, & non semel adulterii crimine se obstrictis se, non potest separationem petere, si postquam de hac omni re certior est facta, ac conjugale debitum petenti reddidit.
2. Si vir licentius, ut silet, vivere pergat, & male uxorem excipiat, illa potest, atque adeo debet se ab eo Judicis auxilium suscipere.

QUÆ

QUÆSITUM.

Titius Sempronius vir eam senuerum male habet, & vehementer nonnumquam verberat. Vendidit aliquando, quicquid potuit, uxorem deseruit, & quo ipsi libuit, profectus est. Id ei contigit non semel; aliquando regressus de more conjugii factus est se anno ante coactum fuisse aliam, qua abutebatur, uxorem ducere. Sempronius, qui apud viri confanguineos degebat, ab ejus conjugali commercio non abstiniit, ignorans, ita se petenda separationis jure cadere.

Cum Titius eam iterum deseruisset, ejus adulterium, & posterius matrimonium vulgo innotuerunt, & negotium id omne publicum factum est. Ille quidem rursus Sempronium rogavit per litteras, ut se vellet excipere; sed illa respondit se cum eo habitare, aut concumbere non amplius velle. Quærit ipsa igitur.

I. An quia conjugale debitum Titio reddidit, postquam de scelerata ejus vita ratione cognovit, petenda separationis jus, quo gaudebat, amiserit?

II. An quas hæcenus pertrahit, & quas imposterum sibi timet, acerbitates, & an gravis timor, quo percellitur, ne vir ære alieno gravatus, que superant, bona dissipet, & rursus deinde recedat, ut consuevit, novum necne sibi jus offerant petende separationis?

III. An cum Titii scandalum publicum sit, obtinenda proinde sit, & a quo tandem Judice separationis sententia?

RESPONSIO.

Consilium conscientie subscriptum super proposita facti specie quoad questionem primam censet, Sempronium, cum conjugale debitum Titio concesserit post ejus adulterii notitiam, non amplius gaudere jure eam agendi apud Judicem adulterii causa. Ea nempe censetur injuriam hanc ei condonasse, dum cum ipso in conjugio modum versata est.

Quoad questionem alteram, si Titius adulterio se iterum polluit, postquam a Sempronio veniam obtinuit, si eam indignius excipit, ut est expositum, si bona dilapidat, si redire pergit, ut deinde deserat, Sempronius jus esse separationis sibi comparande. Verum ut id assequatur, implorare publicam auctoritatem, causam suam Judicibus exponere, & eorum sententiam expectare debet.

Quoad tertiam, separationem ad civiles Judices pertinere, quantum spectat ad bona, ad Ecclesiasticum autem Judicem, quantum ad cohabitationem, & a thorum spectat. Quoad utrumque tamen ad Judicem civilem acceditur.

Decisum in Sorbona die 24. Septembris an. 1679.

CASUS LXI.

Quæstiones magni ponderis super matrimonii promissione.

- 1. Qui puella, ut eandem abuteretur, se sponsam promissæ conditionibus, quarum executionem difficillimam judicabat, promissa præstare debet.
2. Si ex eo matrimonio gravia sibi incommoda imminere providens, vel per se, vel per alios curare debet, ut congruis dotis ope a puella obstrictæ fidei solutionem obtineat.
3. Si puella consenserit, utique pro arbitrato matrimonium iniire potest.

QUÆSITUM.

Sermo est de adolescente, qui puella, qua abusus est, conjugalem fidem dedit, sed eam deinde ducere non vult, propterea quod puella confanguinei factu difficillima eidem proponit. Sed jurat ipsam in libello supplicii ita loquentem audire.

Octavus jam annus est, ex quo in puella domum mihi aditus patuit; eo me sepe traxit ejus dexteritas, ingenia indoles, ac vivida, gratia denique singularis, cum eo quidem tempore nec gravibus negotiis distentus essem, & non nisi animi relaxationem quaererem. Puella, ac mater me passim redeantem de matrimonio cogitare crediderunt, quamvis re ipsa tunc equidem nihil aliud in animo haberem, quam ut tempus salerem; cum nec puella, nec mihi satis bonorum esset, ad matrimonium onera sustinenda.

Duo, tresve anni in his frequentibus quidem sed honestis officiis transacti sunt. cum ego satis superque palam facerem mihi quidem puellam magno fieri; sed ex me nihil præterea expectandum esse, tum quod ipse me a conjugali re alienum sentirem, tum quod propofissem me nunquam in matrimonio consenturum, quod mihi haud temere in lucem prodire volenti detrimentum aliquod afferre posset.

Id in causa fuit, ut mater me monitum vellet, quamvis

angulam domi rem sibi esse appareret, non desuturum tamen, quicquid ad honestam sustentationem requireretur, si qua negotia ad exitum perduxisset, ac necesse fore, ut ejus frater centum mille scutorum Officium, quo insignitus erat, puella sponso cederet, tum quia prolixus expertus erat, tum alius de causis.

Ut hæc negotia funditus nossem, & amorem mihi fingendum duxi. Amoris exhibitum mihi plus est, quam ipse exhiberem; id quod mihi suspitionem attulit, cum adeo celeres progressus viderem, ac me quidem incessest abeundi cogitatio; que cito tamen evanuit; ex una parte centum mille scutorum Officium, quod jam præ manibus habere mihi videbar, obtinendi cupiditas, ex alia parte florentis ætatis æstus, cui amare & amari præcipuum est, me scilicet adduxerunt, ut idem sane volerem. Itaque privatis colloquiis locus fuit, in quibus puella mihi non nisi de matrimonio. Et ego significavi, si qua meum animum occupare posset, eam unam fore; ipsam esse, que mihi sola placere posset, ei me quidem fidem obstringere; sed nec ejus negotia, nec mea pati, ut tam cito negotium conficeretur; interea tamen eam posse obsequi mihi pro libito, minime veritatem, ne id infamia, vel tristis aliquis exitus consequeretur; me quippe factis habere consilii, mihi que arcana remedia præsto esse, ad utrumque impediendum; neque id certo promittere. Quid plura? Partim dexteritate, partim vi, dolisque, partim cohortationibus, duos tresve post annos, quod cupiebam, obtinui. Sed illa ex eo tempore flere nunquam desistit, atque urgere, ut matrem alloquerer, eique mentem meam aperirem, ut id facerem, oleum & operam perditurus. Ergo statim matrem alloqui, que me excepit quam humanissime, ac singulariter lætissima testata est; meque cogit fratrem imprimis alloqui; qui me, cum ad eam venissem, & de negotiis verba facerem, excepit admodum ostantem; ut facile intelligerem, quicquid mihi sperandum propositum fuerat, irritum fore. Matræ ac puellæ fideliter retuli, quemadmodum inter Patrum, ac me se res habuisset; iis quoque testatus sum ita eam respondisse, ut mihi quidem nihil ex eo sperandum esse videretur; tantumque, dum loquerer, merorem exhibuit, ut iis mutata voluntatis timorem incuterem, cum in negotiorum procurratione ipsis utilis esse cepissem. Reposuit mater me animo cadere non debere, quod is ita me exceperit; eam quippe ita natura comparatum esse, ut ad ea, que primo proponuntur, se difficiliter præstet; præsertim cum eo quidem tempore ita publicis negotiis addictus esset, ut animi sui sensa ingenue aperire non posset. Cæterum si iis, que ipsa ex eo expectabat, ultro assenti noller, se quidem eum in extremam perniciem esse adducturam, cum sibi delinisset Viri codices præsto essent; adeoque, cum ego eam urgere cepissem, ipsam dubio procul, quæcumque eo petissem, facile concessurum, ut propriæ salutis consuleret.

Nolui equidem huic me negotio immiscere, ratus nimis immane facinus esse, meaque super ea re mentem aperui puellæ, ex cuius responsione non obscure intellexi, eas quidem id sibi proposuisse, ut me deciperem; itaque idem mihi licere credidi. Liberius quam unquam antea mecum deinceps actum est; ego porro ajebam puellæ, ut mihi quidem perfecta erant eorum negotia; nihil e scripitis, que Patrus ipsis tradiderat, & ex quibus decem mille scuta se percipere posse putabant, deduci posse. Quoniam vero me quidem promissis, quibus me ipsis obstrinxeram, solutum censebam, cum viderem eas, quod promiserant, præstare omnino non posse; puella id suspicata, me, ne recederem, vehementer rogavit, mihi que majorem, quam unquam antea, licentiam concessit, ut me magisque irretiret: Ego ei promisi me eam non relincurum, & in ejus gratiam omnia facturam, excepto conjugio, cui eandem assentiri non poteram, nisi decem mille scuta mihi traderentur, aut ipsa expectare voluisset, dum mea negotia matrimonii sustinendis oneribus parva essent. Recepit illa fidem. Paucis post diebus missus est ad me Sacros, qui monuit alterutrum mihi faciendum esse, vel nempe ad invitanda puella abstinendum, vel conjugalem e scripto fidem exhibendam, ita renuens eam fidem dare, domo recessi, ante non amplius redeundi. Sed cum vehementissimo tunc quidem amore flagrare, non potui, quin puellam viserem, eique, quam antea negaveram, fidem obstringerem. Dixit ea mihi se id non alia de causa postulare, quam ut matræ gratificaretur; cæterum sibi quidem datam fidem satis superque fore; ergo fidem scripto exaratum exhibui, quibus libere remanere volebam, eam proinde verbum nullam obligationem indecensibus concinnavi; ea quidem ejusmodi: Promitto Puella N. me eam uxoris loco habiturum, dummodo mihi librarum quindecim mille summa mihi tradatur, quia tamen ad eam ducendam adigi possim, nisi cum mihi placuerit, & non citius, etiam sex annorum spatium, vel amplius. De inducenda postea verba hæc: promitto me conjugii loco habiturum, non autem me conjugii, si eadem alius omnibus conditionibus circumscriptis, ut significarem puellæ ducendam voluntatem mihi non esse. Et sane illa eam fidem mihi repenti statim restituit, confirmans, magis meis dictis, quam quibusvis scriptis se fidere. Hujus matrimonii ratio magis in me deseruit,

luit, statique negotium omnino rescindere; primo quidem quia ex codicibus intellexeram, quæcumque ab iis iactabantur, nullo fundamento niti, adeoque centum mille scutorum officium suppositum esse; deinde vero quia detexeram puellam ex matre esse, que non semper recte segefferat. Nimirum ea ruri nata erat ex patre Capone, ad quem cum forte venissent Illustrationes, seu Circulares, brevissimo licet tempore confuissent, se passæ esse seduci ab eorum uno, qui eam in conjugium duxit, cumque illa deinde patris domo cum viro egesta esset, histrionicam facere coacta est; postea vero cum audivisset fratrem non exigua bona congestisse, venit illa Parisios cum viro, qui histrionice munitionem remisit, ut aliam artem haud majoris ponderis exerceret, se cum conjugæ turpibus innumeris negotiis immiscens, plurimisque Iatrocinis, ob que, siquidem innotuisset, ambo mortem subissent. Duos habere filios, qui inter flagitia e vita excellerant; dua tantum puella superant, e quibus natus minor admodum proba est; & natu major, que apud Patrum educata est, eorum, que dicta sunt, nunquam omnino participes fuit, immo vero Patrum domo egressa est, quod famianam, quam is secum detinebat, male excepisset.

Hæc nimirum ad omne commercium distendunt me promovebant; sed cum persequam habere eo natalium defectu omnem profusus obligationem de medio tolli, qua demum cumque ratione nos inter se res haberent, ad vomitum rediit, ita tamen, ut ei non semel testaret, ejus patris ac matris vitam mihi mærori esse, & quominus eam in uxorem ducerem, impedire. Qua de re sepe illa mecum conquesta est; ego vero nihil respondi; ploravit, ut me recederet, & non semel in ipsa voluptatis prærogative sua manu meum strinxit; inquitens se mihi conjugii fidem obstringere, roganisque, ut ego quoque idem dicerem; quod cum non facerem, ea ipsa prorebat verba hæc, ego te me conjugis loco habeo, omnino vobis, ut eadem sigillatim repeterem, quod equidem præstabam, ut meo cupiditati satisficerem, sed semper subridens, ac veluti loci causa; quod eam quidem quandoque sensitisse puto. Hanc in modum multorum annorum spatium decurrit; ac demum statui datam ad eam litteris ingenue mentem meam aperire. Legisti tu quidem ejus responsum, ex quo cognovisti eam meæ libertati officere nolle, tamen si me semper tanquam suum virum habeat, nec a proposito recedere velit, te quoque non latet eam, de mea mutatione audientem acerrimo dolore percussam fuisse, & in extremam ægritudinem incidissæ.

QUÆSTIONES.

His omnibus potest, quaerit ex Doctoribus, I. censentur me existisse in adolescente obligationem, que dissolvi non potest, quum libere ac voluntarie puella desisteret, aut honesta compensatio in modum dotis ei tribueretur?

II. An adolescens possit tuta conscientia rationes & emolumenta, que percipit, si desisterit, per Confessarium, vel ipse per se puella proponere?

III. An si puella desistat, & adolescens aliud matrimonium contrahat, ipsa non amplius nubere possit? Quo loco non omitendum eam trigessimam secundam ætatis annum jam prætergressam esse.

RESPONSIO.

Theologie Doctores subscripti putant, utile fore, priusquam propositis tribus quæstionibus occurratur, expendi primum varias, quibus is, qui consulti, Puella se obstrinxit, obligationes.

Prima continetur his verbis: Ex alia parte florentis ætatis æstus, cui amare & amari præcipuum est, me scilicet adduxerunt, ut eadem puella frui pergerem. Itaque privatis colloquiis locus fuit, in quibus puella mihi non nisi de matrimonio. Et ego significavi, si qua meum animum occupare posset, eam unam fore; ipsam esse, que mihi sola placere posset, ei me quidem fidem obstringere; sed nec ejus negotia, nec mea pati, ut tam cito negotium conficeretur; interea tamen eam posse obsequi mihi pro libito, &c. Quid plura? Partim dexteritate, partim vi, dolisque, partim cohortationibus, duos tresve post annos, quod cupiebam, obtinui.

Hæc loquendi ratio argumento est, eam, qui consulti, id in animo habuisset, ut puellam ad sibi obsequendum alligeret, & verbis matrimonii spem facientibus deciperet, atque irretiret, ac proinde lapsum esse in eam Legis speciem, que Exodi cap. 22. v. 16. occurrit in hæc verba, qui in Jure Canonico L. 5. Decretal. de adulterio, c. si seduxerit, tamquam Regula proponuntur: Si seduxerit que Virginem, ne dum ad sponsam, dormieritque cum ea, dotabit eam, & habitet eam in uxorem.

Alteræ obligatio his verbis comprehenditur: Ego ei promisi me eam non relincurum, & in ejus gratiam omnia facturum, excepto conjugio, cui equidem assentiri non poteram, nisi decem mille Libras Temp. 14.

mille scuta mihi traderentur, aut ipsa expectare voluisset, dum mea negotia matrimonii sustinendis oneribus parva essent. Recepit illa fidem.

Obligatio hæc est ejus ducenda proprie dicta promissio, si ea summa tradatur, vel puella expectare velit, dum ille par sit matrimonii oneribus sustinendis; ac puella quidem ipsa acceptavit eam promissionem, que proinde conditiones omnes ad obligandum necessarias adjunctas habet.

Tertia obligatio ibi occurrit, ubi puella eum rogat, ut scripto promittere velit, quo matræ gratificetur, ei declarans se ejus verbis fidem facientibus maxime acquiescere; quod evincit puellæ persuasum non fuisse eam a fide, quam obstrinxerat, solutum esse. Ea porro loquitur in hunc modum: Ego fidem scripso exaratum exhibui, ut ei gratiam facerem; quia porro semper liber remanere volebam, eam proinde verbis nullam obligationem inducentibus concinnavi. Ita vero eam propoluit: Promitto Puella N. me uxoris loco habiturum, dummodo mihi librarum quindecim mille summa mihi tradatur, quia tamen ad eam ducendam adigi possim, nisi cum mihi placuerit, &c.

Ex quibus apparet, hanc scripto expositam promissionem, que dolo malo concinnata est ejus auctori prodesse non posse, & quod inde consequitur, cum secunda promissio suam vim ac robur retineat, eundem obligari ad ea præstanda, que ipse promissit, & puella acceptavit, ex ea Juris Regula, que lib. 6. Textus Decretalium Tit. de Reg. Juris occurrit in hæc verba: Contra ius ex conventionibus legem accipere dicitur; adeoque teneri puellam in uxorem ducere, facta hypothese scutorum decem millia eidem tribui, vel puellam expectare velle, dum ille possit conjugii onera sustinere.

His animadvertionibus fundamenta veluti loco jactis, subscripti quoad Questionem primam sentiunt consentientem adstringi ejus ducenda conjugii obligationem, que solvi nequit, nisi ipsa quidem libere ac voluntarie desistat; nec eum in ea fuxationem id posse præstare, quod matræ res minus digne excuset, & ejus familiæ infamiam post promissa cognoverit; quamvis enim ea probe nosset, non tamen a commercio desistit cum puella, que ideo ei se faciliem præbuisse creditur, quod vi prioris obligationis ei se nupturam speraret, ut ex eo liquet, quod eam lacrimabunda coegerit Matræ alloqui, eique mentem suam aperire, & palam eidem edixerit, se, si id faceret, nulla amoris argumenta imposterum præstaturum, quod argumento est id, quod illa sperabat, eum promississe, & quod inde consequitur, eum id præstare debere, quod promissit, ut fidelitatis satisficeret, juxta D. Thomæ doctrinam 2. 2. quæst. 110. art. 3. ad 5. Dicendum, quod ille, qui promissis, si habeat animum faciendi, quod promissit, non tenetur, quia non loquitur contra id, quod gerit in mente, si vero non faciat, quod promissit, tunc videtur infideliter agere per hoc quod animum mutat. Neque vero Adolescens ex eo sibi præfidium querere potest, quod addit Sanctus Doctor, eos casus recensens, in quibus implendæ promissionis obligatio non tenet; en ejus verba: Potest tamen excusari ex duobus: uno modo, si promissit illud, quod manifeste est illicitum, quis promittendo peccavit, mutando autem propositum beneficit. Alio modo, si sunt mutatae conditiones personarum & negotiorum; ut enim Seneca dicit in libro de beneficiis: ad hoc quod homo tenetur facere, quod promissit, requiritur, quod omnia immutata permanent, aliqui non sicut mendax in promittendo, qui promissit, quod habeat in mente subintellectis debitis conditionibus; nec etiam est infidelis non implendo, quod promissit, quia eadem conditiones non extant. Nimirum præter rationes, quas supra in medium attulimus de simplicibus promissionibus, de quibus D. Thomas post Senecam, hoc loco non agit, sed de iis, que firmate ac roborate sunt commercio, quod interest, id quod adeo gravem circumstantiam adjunctam habet, ut Jure Ecclesiastico statutum sit, ut mutæ promissiones in Sponsalibus edite, quas quidem nihil absolum consequeretur, per alium matrimonium solverentur; sed cum carnale commercium interfuit, nulla profusus ratione dissolvi possent, Lib. 3. Decretal. de sponsal. & matr. c. veniens ad nos. Addi & illud potest eum promississe, postquam eam, quam præterdit, infamiam cognovit, & ad verbum repetita puellæ promissione illi summopere imminuit, quod ait, se scilicet id ridendum fecisse; eoque magis, quod id aliquando tantum puella sensit, ac ne id quidem tanquam omnino non puella sensit.

Hæc omnes rationes in eam sententiam subscriptis pertrahunt non nisi per puellæ consentium posse a promissis esse, qui consulti, liberi; ac si forte ejus recessus tanto puellæ dolori fuerit, ut proinde versetur in vitæ discrimine, debet ille promissa confirmare, eamque in uxorem ducere, cum ejus agendi ratio tanti mali causa fuerit, eique propterea merito accommodari possit ea Juris Regula: Dammum, quod quis culpa facit, sibi debet imputare.

Quoad questionem secundam, facta hypothese puellam de vita minime periclitari, potest ille iterum ad eam scribere, ac rogare, ut se cum alia matricum inire patiatur, exponeus, quibus id causis permotus faciat; atque adeo puellæ Confessarium adire potest, si matrimonium, quod cum ipsa con-

contraheret, sibi trille, atque ominosum fore iudicet, eumque obsecrare, ut puella consensum obtinet, eique persuadeat, quaecumque liberius gesta sunt, ejus sane haud nocitura, quippe quae alto silentio tecta fuerint; ei praeterea proposita dote conditioni respondente, quam ei debet iustitiae titulo, ut liquet ex Exodo, & ex Juris Canonici Capite tit. de Adulteriis, ut supra innuimus. Verum antequam Confessario rem aperiat, rationi consonum creditur, ut ita se ge-

rendi veniam possulet a puella, cui quidem se sistere nequaquam debet, ne forte consuetis criminibus se iterum polluant.

Decisum in Sorbona hac die 26. Aprilis an. 1673. Aug. de Lamer.

Vide Dictionarium D. PONTAS.

M E L I T A .

Vide (EQUITES.

C A S U S .

Melitensis Ordinis translatio,

Presbyter Congregationis Doctrinae Christianae non est Regularis, propterea quod ea Congregatio dubio procul est secularis, cum in ea non eduntur nisi vota simplicia, in quibus dispensandi potestatem Generale facultas est. Itaque Doctrinarius in Melitensem Ordinem, qui Regularis Ordo est, & vota solemnia adiuncta habet, cooptari potest.

Q U A E S I T U M .

Quaeritur, an Clericus secularis Congregationis, cuiusmodi Doctrinae Christianae Congregatio est, in qua eduntur tantum vota simplicia, in quibus Generalis dispensare potest, possit necne recipi in Ordine Melitensi, in quo tria solemnia vota emittuntur?

Qua occurrit difficultas, oritur ex huius Ordinis statuto, quod ita habet: quicumque in alio Ordine professionem emisit, Sancti Joannis Hierosolymitani Ordinem subire nequeat. Porro Doctrinae Christianae Congregationi, quae secularis est, nec in ulla suarum Constitutionum sibi Ordinis rationem

sumit, non videtur Ordinis nomen accommodari posse, quemadmodum id nominis ei nunquam tribuitur in Bullis, aut in Brevibus, in quibus de ea sermo est.

R E S P O N S I O .

Consilium conscientiae subscriptum existimat, cum Ordinis, in quo vota eduntur, vocabulum de Regulari Ordine fere accipitur, videri Doctrinae Christianae Congregationem, quae quidem certe secularis est, Melitensi, quod supra allatum est, Statuto non contineri. Ex quo inferri potest Clericum, de quo agitur, huic Ordini nomen dare, & ibidem recipi posse. Praeterea videtur Melitense statutum de ejusdem, ac Melitensis est, generis Ordine accipiendum esse. Jam vero Sancti Joannis Hierosolymitani Ordo profecto Regularis Ordo est, in eo solemnia Religiosis vota emittuntur; & quod inde consequitur, nisi consuetudo, aut aliquod Decretum adsit, quod illud Statutum explicet, extendatque ad omnem Congregationem, in qua Superiori administratione vota emittuntur, non apparet, quomobrem ejusmodi Doctrinarius ejus Ordinis suscipiendi incapax censeri possit; ille quidem de re cognoscat.

Decisum hac die 14. Aprilis an. 1701. G. Fromageau.

M E N D A C I U M .

Mendacium, docente (a) D. Augustino, est alicujus rei falsa significatio facta animo decipiendi, & omnis, qui Mentitur, contra id, quod sentit, ejus verba sunt, loquitur voluntate fallendi. Ex quo apparet in mendacio, duo saepe occurrere, scilicet externam enuntiationem verbo, scripto, vel alio quocumque signo, quod animo contrarium sit, & voluntatem, seu consilium ad proximi deceptionem id adhibendi, ita ut in id incumbamus, ut ei persuadeamus eam rem veritati consonam esse, quam nos quidem falsam esse non ignoramus. Quamvis porro intentio fallendi fere in mendacio locum habeat, ad mentiendum tamen absolute necessaria non est, quoniam ut idem Sanctus Augustinus auctor est, mentiri est aliud in mente habere, quam in ore, vel quolibet alio signo ad sententiam aperiendam accommodata. Et sane si fallendi consilium omnino requireretur, mendacia, quae proferuntur jocandi gratia, vel ne cui tristitia afferatur, quae item dicuntur, tamen si certo consuet fore, ut ne iis fides adhibeatur, & id genus alia, non essent proprie dicta mendacia; quod D. Augustini, ac (b) D. Thomae doctrinae repugnat, agentium, ut id, quod dicitur, mendacium sit, fallendi intentionem necessariam non esse, sed in causa esse solummodo, ut gravius ejusmodi peccatum sit.

D. Augustinus (c) ad eorum errorem refellendum, qui putant mendacium aliquando licere posse, pronuntiat, cum dubio procul peccare, qui verbis in eum finem instituit, ut homines sua cogitata vicissim significare possent, non autem ut se mutuo deciperent, utitur ad fallendum, & non prout illa inventa, & excogitata sunt. Neque vero dici potest mendacium aliquod culpa vacare posse, alicujus utilitatis praetextu, quae mentiendi offerri proximo possit, quandoquidem idem prorsus de furto asseri quod doque possit, causa exempli si in levamen, (d) & quidem non mediocre pauperis conferretur, quod diviti, absque ejus incommodo, oblatum esset. Quamobrem concludendum nunquam peccati expertis mendacium esse posse, ac ne tum quidem probandum esse, cum ad alterius utilitatem referatur; semper id quod in se & in suo genere malum est, nunquam bonum ac licitum esse posse. Non igitur credere possumus, inquit Sanctus Augustinus, eos, qui contendunt aliquando mentiendum esse, cum veritate sentire, dum ita loquuntur; atque illi quidem magnopere saltem a communi sententia recedunt, dum iniquum veritate ipsa doceri nos, ut mentiamur; ex quo concludit Sanctus Pater ne tum quidem licere mendacium, cum ulla alia ratio praesto est alicujus vitam tuendi, ejusve aeternae salutis consulendi. Huius porro Sancti Doctoris vestigiis insistenti (e) S. Ildorus Hispanensis relatus in Can. Omne pronuntiat: fuge sedulo quodque mendacium, & etiam atque etiam cave, ne cuius vitam quacumque demum falsitate tuearis; quoniam docente Alexandro III. in Lateranensi Consilio, prohibent sacrae litterae, ne vel alicujus vitam servandi gratia mentiamur. Non sunt faciendae mala, ut inde eveniant bona. D. Paulus id definitivum.

Cum referuntur exempla non pauca ex sacris litteris ducta complurium Sanctissimorum Virorum, qui in gravibus casibus mentiri esse creduntur, cuiusmodi sunt sapientes mulieres Hebraeorum in Aegypto, Rahab in Jericho: vel ideo tantum ea mendacia putantur, inquit S. Augustinus, quod non intelliguntur, vel si mendacia sunt, imitatione digna non sunt, quia cum virtute conjuncta esse non possunt. Itaque sapientes ea mu-

(a) Sanctus Augustinus lib. Contra mendacium cap. 12. & Enchirid. c. 23. (b) S. Thom. 2. 2. q. 110. art. 1. in corpore, & ad 3. (c) Sanctus Augustinus in Enchirid. de hae, spe, & chari-

tate cap. 32. referunt in can. Is autem 22. quasi. 1. (d) Idem lib. contra mend. cap. 19. (e) S. Ildorus in synonymis, vel cap. de mendacio. Referunt in can. Omnes 21. q. 2.

et mulieres compensationem non acceperunt, quod mentita fuerint, sed quod erga eos, qui ad Deum spectabant, misericordiam exercuerint; eorum humanitas & miseratio, non autem fraus & mendacium in causa fuerunt, ut a Deo bona obtinerent, quod de Rahab quoque sentiendum. D. Augustinus in libro de mendacio doctrinam hanc fusius explicat.

Neque vero magis aequivocis aut mentalibus restrictionibus in salebrosis ejusmodi negotiis uti possumus, ut aliquam non exigui ponderis veritatem celemus, atque periculoso negotio nos expediamus: quia enim ea sunt mendacii species, ideo verita sunt tamquam mendacium. Aequivocis verbis uti nihil est aliud, quam verba ambigua, quorum duplex significatio est, adhiberi, & in id adhiberi, ut qui audit, aliud intelligat, quam quod cogitatur, & contra atque ex usu communi ea verba intelligi consueverunt. Uti restrictione mentali est sensum, qui non explicatur, in animo retineri, & quidem audientem fallendi consilio retineri; causa exempli ex me quaeris, an Missa interfuerim; ego vero respondeo, ita sane; heri ego quidem intelligo, tu vero ut scias, an hodie, interrogas; equidem non ignoro te mea responsione deceptum esse. Id venit restrictionis mentalis nomine. Qui porro aequivocis vocabulis, ac mentalibus restrictionibus utitur, mentitur; mendacium enim tum semper committitur, cum ad proximum decipiendum aliud ei credendum proponitur, quam quod in mente geritur. (a) Hac de causa Cleri Congregatio an. 1700. Propositionem hanc numero 64. tamquam temerariam, perniciosam, januam aperientem mendacii, ac deceptionibus, &c. proscripsit: Superbis iusta causa circumlocutiones & ambiguitates inter loquendum adhibendi, quoties id necessarium & utile est ad salutem, ad famam, ad bona, vel ad quidvis agendum, quod cum virtute conjunctum sit, ut proinde veritatis occultatio tunc utilis esse iudicetur. Et hanc aliam, quae sexagesima sexta est: (b) Patriarchae, Prophetae, Angeli, & ipse Christus Dominus, ac potiori ratione Sancti aequivocis, amphibologis, & restrictionibus mentalibus usi sunt. Eadem Propositiones damnatae jam fuerant an. 1679. Decreto Innocentii XI. diei 4. Martii.

D. Augustinus recenset mendaciorum genera octo. Primum, idque omnium gravissimum, inquit, est illud, quod in Religionis doctrina versatur. Secundum, quod in aliquo proximo damnum tendit. Tertium, quod uni prodest, & alteri nocet. Quartum, in quo sola quaeritur oblectatio, quae mentiendi, & proximi credulitate abutendo praecipitur; atque hoc quidem nuncupari potest merum mendacium. Quintum, quod ad alios placendum, & eutrapelias famam comparandam referatur. Sextum, quod nemini nocens alicujem juvat, ut si quis intelligens esse, qui velit alterius pecuniam furari, & ubinam ea pecunia existat, interrogatur se id ignorare respondeat, tamen si vera sciat, Septimum, quod nemini pariter officit, & alicui prodest, ut si quis mentitur, ne eum detegat, qui quaeritur interficiendus. Octavum denique, quod nullum proximo damnum affert, & ad personam ab aliqua turpitudine liberandam adhibetur; cuius quidem eam rationem adducit Augustinus, quod animi puritas longe majus bonum est, quam corporis castitas, & mala, quae nos ipsis patramus sunt iis multo pejora, quae patimur perpetrari.

Potest praeterea tribui mendacium in perniciosum, officiosum, & jocofum. (c) Sanctus Bonaventura, & Sanctus Thomas posteriorem hanc divisionem secuti sunt post Sententiarum Magistrum, qui brevior apparet, ordini conformior, & latius patet, quam alia; propterea quod qui mentitur, potest in eo vel alterius utilitatem, vel sui ipsius delectationem, vel proximi denique damnum sibi proponere. Si cui gratificari velit, ejus mendacium est officiosum; si non nisi sese oblectare, jocofum est; si demum proximo nocere velit, damnosum est. Hinc in modum loquitur D. Bonaventura.

Addit Idem S. Doctor mendacium absolute loquendo non semper mortale peccatum esse, sed ejusmodi fieri ob ea, in quibus versatur, vel ob contemptum seu damnum, vel ob vehementi mentiendi studium, & ob has circumstantias perniciosum ac lethale mendacium evadere: quia porro in mendacio ea non semper occurrunt, propterea concludendum illud aliquando veniale, & aliquando mortale esse posse. Hac de re consulendus D. Thomas, qui rem enucleatius edisserit.

C A S U S .

Mendacium, Amphibologia, Aequivoca, & Restrictiones mentales.

- 1. Dux, qui dimissionem militi promisit, debet promissa facere, eique de capite periclitanti consulere, qui dimissione non scripta, recessit.
2. Deficiente scheda magna momenti, qua perit, concinnari non potest alia ei similis, qua Judici exhibeatur.
3. Ex contra scriptis litteris declarari non potest libras centum deberi Petro; quas constat Joanni deberi.
4. Janitor dicere nequit dominum non adesse; cum ita vere domi est.
5. Mentitur, qui ait se nescire, quod solum in aures scit.
6. Mentitur quoque, qui dicit nil pecuniae sibi praesto esse, dum mutuum dare non vult.
7. Purgantur sancti viri a suppositis aliquibus mendaciis, quae eis adscribuntur.
8. Peccatur, dum responderet ad mentem interrogantis.
9. Traditur mendacii proprie dicta notio ac definitio.
10. Vir nihil uxori tribuere debet fiduciam, nisi quantumvis illa servitium ei exhiberit.

Q U A E S I T U M .

Quaerunt Sorbonae Doctores, ut super non paucis questionibus ad mendacii & restrictionum mentalium negotium spectantibus dicant, quid sentiant.

I. Dux promissit militi dimissionem litteris statuto tempore; quod cum advenisset, miles, cui multa proles erat, recessit Ducis fide, & qui ipse militis nuntium remisit, quamvis nondum pro juris ratione dimissionem ediderit. Inquiruntur

(a) Vide censuram & Declarationem Cleri Gallicani in Fano S. Germani die 4. Septembris Proposit. 63. 64. 65. 66. (b) S. August. lib. de mendacio cap. 24. & 25. Referunt in Lamer Tom. II.

miles puniendus ut profugus, & adhuc Dux opem ei ferre potest, si dimissionem in eam diem referat, quem promissit. Quaeritur, an Dux dimissionem antevertere tuta conscientia possit? Ita quidem nonnulli contendunt, ajuntque permissionem virtute & interpretatione quadam, jure non facto promissionis tempore ipso militi a Duce tributam esse; & complura proferunt exempla, quibus nullum mendacium subesse contendunt, ut cum tamquam acceptum ponitur, quod permutatoris litteris continetur, aut quod Praetori debetur, quamvis nonnulli multo post accipiantur.

II. Cum amisso magni ponderis exemplari, & ad litem evincendam absolute necessario, conficitur exemplum simillimum Judici proponendum.

III. Cum declaratur deberi Petro libras centum, quas si quido constat deberi Joanni, cui Petrus contra scriptas litteras dedit?

IV. Quoties omnino adest fictio juris.

V. Cum Janitor, aut servus ajunt eorum dominum non esse domi tamen domi sit, sed alioqui non vult, & haec quidem loquendi ratio vulgo innotescit.

VI. Si quis dicat se nescire, quod scit, sed in aures.

VII. Si quis mutuum petentibus nil pecuniae sibi respondeat, licet re vera pecuniam habeat, quam tamen mutuum dare non vult.

VIII. Si quis feminas, quae se discretis lascivire, componere aggressus excuset utramque, inquis pravo animo neutram fuisse. Sancta Monica a D. Augustino commendata in iis ita conciliandis strenue se gerebat.

IX. Contenditur non deesse casus, in quibus graviter peccaretur, si ad mentem interrogantis responderetur. Consili potest Caballutius lib. 4. c. 4.

X. Mendacii germana definitio haec esse videtur: Scitatis veritatis occultatio per dicta, vel per facta, illi, qui jus habet, ut

can. Primum, 22. q. 2. (c) Sanctus Bonaventura in 3. sent. dist. 38. art. 1. p. 5. in corpore. Sanctus Thomas 2. 2. q. 110. art. 2. in corpore. E 2